



1.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



Exercitatio Academica.

Sept. 731
~~XXXI~~

DE TERMINO

26

ANTICHRESEOS TA-

CITAE, ET EIUS QUOD
INTEREST.

1652, 70.

D. F. G.

SUB PRÆSIDIO

Magnifici, Amplissimi, Consultissimi, & Excellentissimi,

V I R I

DN. JOH. OTTONIS TABORIS, U. J. D.

IN INCLITA ARGENTORATENSIVM ACA-

DEMIA CODICIS ET FEUD. PLACIT. PROFES-

SORIS CELEBERRIMI, JURIDICÆ FA-

CULTATIS SENIORIS,

Dn. Patroni ac Præceptoris sui æviternum
colendi.

Publice proposita

à

BERNHARDO à BENTHEIM,

Steinfurto-Westphalo.

Ad diem 26. August.

Horis

locoque consuetis.



Ex Muséo Chalcograph: JACOBI TRILONIS,

ANNO M. DC. LII.

127

Q
u

M

Q

tum
Dn. C
pigno
que d
rem
delict
pigno
non
gnor
pon
ctus,
cept
(2.) I
cipie
rem
possi
data.





ARTICVLVS XII.

Antichreseos & imprimis tacita definitionem ac metam, rationibus & exemplis tuetur.

I.



Rogati ut alia quoque dubia, quæ circa jus Antichreseos tacitæ moveri solent, removeremus; in gratiam commilitonum laborem istum subire non pigrabimur. Et in initio ^{Remotio} ^{objectionis} ^{ex l. 54. de} ^{furs.} quem omnem pignoris usum & antichresin repudiare atque profligare videtur *l. si pignore. 54. de furt.* Si enim pignore utendo creditor furtum facit: non poterit ullo pacti taciti prætextu excusari: *Conf. Dn. Carpzov. 2. quest. 85. n. 65. ubi in genere dicitur: creditorem pignoratitium si rem sibi concreditam in suum usum convertat, absque dubio furtum committere, ac furti teneri. facit. §. Furtum autem 7. ibi. itaque sive creditor pignore utatur. Inst. de oblig. quæ ex delict.* Movet hoc dubium ipse Cujac. in comment. ad l. 1. C. de pignor. act. in fin. Et Resp. dupliciter (1.) d. l. 54. sententiam non usque quaque veram esse; Nam posse creditorem uti pignore ex pactione: Imò & sine pactione; ut si ager pignori supponatur, etiam si nil dictum sit: imò si tum non percipiat fructus, teneri *d. l. 1. & seqq. C. de pignor. act.* Idem in ædibus receptum esse: ut eas possit inhabitare & locare, & ita uti frui. (2.) Itaque non de usu quovis, sed de *Vsu cum deterioratione d. l.* accipiendam esse, ut sensus sit: Quoties creditor usu rem deteriorem facit, furti eum obstringi: Alioqui tantum abesse, ut non possit uti frui, ut ei imputetur, si non utatur fruatur re pignori data.

LI

2. Enim

2. Enimvero, quia prima responsio valde rudis & aspera est: posterior autem generalitati textus adversatur: Rectius cum Accurs. ad l. 23. de pignor. dicemus: Textum istum, utcumque is generaliter conceptus sit; exaudiendum tamen esse in terminis habilibus, rerum scil. mobilium, quippe in quas tantum furtum cadit: Non etiam in res immobiles §. 8. Inst. de Obl. qua ex del. Quam responsionem suppresso, ut solet, glossæ nomine, suam facit Pacius, centur. 10. Enantioph. 14. quemadmodum in Racemat. Indice ad d. l. 54. p. 235. monuimus. Eoque pertinet. in d. l. 54. vocabulum pignoris, quod proprie rem mobilem, quæ manu tradatur, notat, l. plebs. 238. §. 2. ibi: pignus proprie rei mobilis constituit. de Verb. Signif. §. Item. vers. Nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. Inst. de Action.

3. Quod si quis interloquatur & moneat: Antichresin etiam in rebus mobilibus & moventibus posse constitui; puta in servis, jumentis, Bachov. 2. disp. Treut. 1. thes. 6. lit. B. pag 32. Suppellectili, l. legata 9. De Suppellect. leg. 3. Disting. (1.) inter originem rei & progressum: Initio enim prædia tantum frugifera; tum & domos l. Si servus 6. C. q. cum eo. l. 17. C. de Vsur. in Anrichresin datas fuisse, verosimile sit. Bocer. class. 2. disp. 12. thes. 34. Adeoque (2.) in rebus mobilibus vel moventibus, difficiliter tacitum antichreseos pactum demonstrari consequitur, Addemus (3.) & hoc: Vsum in textibus oppositis taxari illicitum: In nullo a. vitio hæere tacitè vel expressè concessum. §. 7. ibi: invito domino: & ibi non permissurum. juncto §. 8. l. 1. ibi: Si domino volente contrectet, furtum non fieri. de Oblig. qua ex del. nasc.

l. 1. & seqq.
C. de pign.
act.

4. Aliam objectionem ex l. 1. 2. & 3. C. de pignor. act. Alii deducunt. Cum enim ibi constituatur: Fructus pignoris (sive sint percipiendi d. l. 1. sive percipiendi d. l. 3. sive sint fructus proprie dicti; sive operæ & pensiones) in sortem imputandos esse: ac nisi nominatim convenerit, l. 61. §. Locavi. 8. de furt. vix pignori esse, l. 1. §. cum prædium, 2 ff. de pignor. Quærent, quomodo ergò in antichresin cedere possint? Mol. in. de Vsuris quest. 35. n. 260. p. 309. ibi: Si enim fructus percipiendi debuerunt & potuerunt, licet revera

(dolo

433.

(dolo vel culpa creditoris) percepti non sint, reputantur creditori liberali, nullumque redditum percipienti: quanto magis creditori fœneratitio? Quæ ratio Gallis persuasisse putatur, ut totum jus antichreseos damnaverint, teste B. Autumnno in collat. juris Rom. Gall. ad l. Si ea pactione. 14. C. de Usur. p. 198. ibi L' antichrese est entièrement reprouvée en France: comme dit du Moulin. au traité des Usures quest. 35. Enimvero est in sophismate isto fallacia causæ: Neque enim Antichresis ideo admittitur Jure civili, ut fœneratitio creditori magis faveatur quam liberali: sed ut conventioni contrahentium stetur, mutuis necessitatibus succurratur, à præstandis usuris debitor liberetur, ac ob incertitudinem proventuum, steriles anni cum frugiferis (si qui futuri sint) compensentur. l. 17. ibi: propter incertum fructuum proventum. C. de Usur. Textus autem oppositi loquuntur de casibus, ubi ne tacite quidè de antichresi convenit; sed omnia potius contraria acta probantur. Cujac. ad l. 1. C. d. t. p. 296. D. ubi ait: dictos textus procedere, nisi aliud pacto expresso vel tacito convenerit, ut in l. Cajus 39. de pigner. act. l. si ea pactione. 14. l. si ea lege. 17. C. de Usur. Nam si de antichresi vel nihil actum vel contrarium aliquod actum fuisse ostendatur, l. postquam 3. de pact. nulla ratione potest pactum tacitum subaudiri: Adeoque fructus ad debitorem pertinent, cum is fundi dominus maneat, & creditor ejus nomine possideat. l. 9. C. de pigner. act. ubi cum ceteris Tulden, n. 2. Ut autem pactum expressum ex verbis colligitur & probatur; ita tacitum ex factis elicitur. l. 1. §. 3. ibi: sive re, sive verbis l. 2. ibi. sed etiam tacite ff. de pact. l. 4. ibi. quia conventiones etiam tacite valent. d. tit. Cum & hic dici possit, non interesse, verbis quis animi sui sententiam declaret, an factis, l. de quibus 32. §. 1. de LL. Licet enim tacita mentis agitatio, sive voluntas in mente retenta, in foro exteriori nihil operetur, neque adeo attendatur. l. Si repertendi 7. C. de condict. ob causam dat. l. quidam cum filiumf. 46. de hered. Inst. l. si alii 19. de Usufr. leg. Factis tamen declarata, non minus operatur ac verbis manifestis expressa, l. Non tantum 5. Rat. rem hab. Adde Thesaur. L. C. lib. 10. cap. 41. axiom. 19. §. 31. & 32. & l. 14. c. 99. Et conventionis tacitæ eadem vis esse perhibetur quæ expressæ, d. l. 4. de pact. l. 3. de reb. cred. Donel. 14.

Commēt. 16. Expressus consensus, s. ex adverso, suppressio consensus & reticentia, propriè non facit ad essentiã consensus; sed potius ad probationis commoditatem & facilitatem. *Fort. Garcia ad l. item quia 4. n. 1. de pact. Menoch. 4. presunt. 40. n. 8. & seqq.* Eoque pertinet quod Marcianus in *l. Si is qui II. §. 1. de pignor.* generali phrasi utitur: *Si ἀντιχρησίου facta sit:* ut sc. utrumque pactum comprehendat.

*De tacitis
pactis in
genere*

5. Quæsitum ulterius fuit: Quibus ergò argumentis aut conjecturis pactum ejusmodi tacitum & in specie antichreticum inducatur? Idq; eo fortius, quod taciti pacti naturam pauci explicaverint, exempla allegasse contenti, v. *C. A. de pact. 8. 15. & seqq. Hunnium d. tractatu de pact. cap. 2. quest. 14. & seqq.* Puto a. rectè pactum tacitum (remota ambiguitate, qua tacitum aliquando pro clandestino & fraudulento accipitur, *l. 10. & 11. de his qua ut indig. l. edito 13. §. 7. l. 3. & l. Statius 48. de jure fisci l. ex facto. 43. §. Julius. 3 ibique Cujac. in Paulo. de vulg. & pupp. substit.*) describi, quod silentio convenisset, *l. Ea lege § 1. ibi. videtur in hac specie id silentio convenisse. ff. Locati. vel lex præsumit l. 4. de pact. l. 1 in quibus causis pign. tacitè contrahatur.* Vel res ipsa & facti consequentia arguit, ut in *l. 1. §. 1. de liberat. legat. l. 7. C. de remis. pign. adhib. Vinnium cap. 12. de pact. n. 1.* Brevius idem tacitum pactum describit *Dn. D. Bitschius cum Dn. Mejero, disp. de pact. thes. 15.* quod ex præsumta paciscentium voluntate & tacita conventionione elicitur. *quomodo etiam defin. Grassetti^o disp. π. 3. 8. 15. Hakelm. disp. 8. 8. 13.* Ratio descriptionis hujus partialis sive à partibus desumptæ, ostendi potest ex duplici huj^o vocis oppositione; Nam, ut observavit *Hiliger. l. 14. D. E. cap. 16. lit. C.* Tacitum aliquando opponitur expresso quod sc. à contrahentibus verbis expressum est: Aliàs v. aperto. *Priore casu* significat illud quod certum est contrahentes voluisse, licet aliunde quam ex verbis, hoc est, ex re ipsa & facto colligatur. *Posteriore* significat illud, quod lex præsumptione aut fictione inducit, præter id quod actum gestumve à contrahentibus apparet. Neq; tamen assentimur *Hiligero* cum hancistarum specierum differentiam adjicit: quod in priore specie consensus contrahentium supponatur; posteriore

riore excludatur. Si quidem nulla species pacti taciti fingi potest, extra conventionem, saltem præsumtam, posita. Eod. modo Dn. Riemerus *diff. 3. de Contract. c. 7.* Ut expressus, inquit consensus & contractus oritur, cum contrahentes sensum animi apertè & expressè declarant: ita tacitus oritur, quando sensus animi contrahentium aliunde conjicitur: Et vel ex facto vel ex jure. Ex facto; si pars aliquid faciat, unde consensus necessariò arguatur: *Vt in l. Labeo. 2. §. 1. de pact. l. 14. & 15. C. de solut. l. 59. de Legat. 3.* Ex jure potius quam ex facto; si ipsum jus tacitam conventionem inducat aut præsumat. *Vt in l. 3. 4. 6. 7. In quib. caus. pign. l. 4. de pact. & c.* Sed de hac re alias: Nunc ad institutum revertamur. Si ergò debitor simpliciter de pecunia credenda egerit, & creditori rem frugiferam obtulerit, eamque in creditorem sine reservatione fructuum transtulerit, re ipsa hoc actum fuisse, & debitori placuisse intelligitur, ut creditor his, in compensationem beneficii, fruere- tur, *Bachov. d. lib. 1. de pignor. cap. 14. n. 4.* Eoque sensu gratuita pecunia debitor usus proponitur, quod usuræ exclusæ fuerint: quemadmodum vox pecuniæ creditæ, per restrictionem hanc, disertè exponitur *in l. 10. §. 8. ibi. Si mandavero procuratori meo, ut Titio pecuniam meã credat sine usuris:* quod paulo post sic redditur & effertur: *etiamsi hoc mandaverim, ut pecuniam gratuitam daret. Mandati.* At in oppositis *ll. 1. 2. & 3. C. de pign. act.* non proponitur hunc in modum gratuita fuisse concessa pecunia: Ergò nec ex verbis nec ex re colligi potest, id actum inter contrahentes fuisse, ut antichresis ullo modo introduceretur.

6. Aliud exemplum tacitæ antichreseos ab ipsis Pontificibus, contra regularem prohibitionem *cap. 7. de jurejurand.* Itemque *cap. 2. 7. de Usur.* probatæ, eliciunt Dd. *ex cap. 1. de feudis,* ubi Gageria, notat hypothecam antichresicam à Gallico gager, *oppignorare & engager. post Hostiensem, Canis. c. 6. de Usur. §. 3. Argent. in comment. ad Consuetud. Britan. articulo 61. n. 2. ubi verbum d' engage, Gallis veteribus proprie antichresin notasse tradit.* Itemque aliud ex capite 8. & 16. de Usuris contententes: subaudiendum ibi esse pactum liberale percipiendi fru-

Etus, non tam ex dotis favore, quam ex causa emergentis damni, vel loco satisfactionis pro oneribus matrimonii. H. Zæsius de Usuris n. 17. Alii tamen expressam antichresin ibi supponunt, ut Cujac. in comment. ad cap. 1. de feudis: Si vasallus, inquit, fundum, quem jure feudi possidet, Domino feudi pigneraverit, ea lege, ut fructus sibi habeat, nec computet in sortem, hæc est lex ἀντιχρῆσις: quia in hac specie fructus non sunt vice usurarum; sed cedunt in compensationem vel servitorum vel onerum matrimonii. Alii exceptionis rationem ponunt in dominio, quod creditor in feudo vel fundo habet. Rauchb. 1. quest. 20. n. 8. & 9. Klocken. lib. 2. de arario c. 19. n. 55. & 56. Mantica l. 9. de tacit. & ambig. convent. tit. 2. n. 29. & seqq. ubi Covarruvia objectionibus respondet. Neque tamen malè prima expositio habet: Siquidem in dictis textibus omnino, legis præsumptione & potestate, facultas percipiendi & lucrandi fructus, in vicem aut servitorum aut onerum matrimonii inducitur, ut Cujac. ipse, fatetur v. g. præsumit in d. cap. 16. Pontifex fructus velut in compensationem & remunerationem antidotalis obligationis posse retineri & ideo usuram non esse. Conf. Pacium ad l. 1. C. de pigner. act. n. 3. ibi. His quoq; duobus casibus puto hoc fieri ex pacto tacito: quia videtur convenisse inter dominum & Vasallum vel inter socerum & generum, ut Dominus sive gener fructus percipiat. Similia exempla quæri solent in l. Paulus § 9. de Fidejussor. l. si ea pactione 14. C. de Usuris. Quæ ipsi disputationi reservamus.

7. Interim his ita discretis, non male asseritur, d. l. 8. in quib. caus. pign. tacitæ antichreseos moderatio (quod ad præsens institutum propius pertinet,) ut nempe ex tacito pacto percepti fructus intra usurarum modum coerceantur. Scheffer d. q. 22. n. 39. Quemadmodum enim tacita hæc antichresis suam habet æquitatem ex usurarum argumento, quarum loco statuitur: Ita necesse est indidem modum sumat. Expressa enim non aliunde rationem aut æquitatem sumit, quam ab ipsa contrahentium voluntate, quæ nulla lege coercita est, propter incertum fructuum proventum: Quæ ratio plus valet tolerandæ conventioni expressæ, quam tacitæ. Quia enim
expres-

expressum fortius est per se quam tacitum: facilius est tacitum infringere vel limitare aut coercere, quam expressum. d.l.8. Tacita antichresis expectat eventum fructuum, quasi tacita conditione de eorum ubertate vel sterilitate: Expressa non expectat; sed statim committitur, quo tempore incertum est de fructuum proventu. *Hortensius ad l. 1. §. 3. de pignor. pag. 221.* Idem colligitur ex dicta *l. Paulus. § 9.* ibi. *ideo rationem fructuum & usurarum haberi oportere. De Fidejussor. Itemque ex l. si ea pactione 14. C. de usur. Vbi Imperat: Alexander, quæstionem de modo antichreseos negat referri oportere, quasi excedat legitimum usurarum modum, si ipse creditor in domo pignerata habitaverit, non etiam locando pensionem redegerit. Eo enim satis innuit, si locaverit creditor, non inique adversus eum referri. Denique modo legitimæ usuræ alligari tantum conventionem tacitam, non etiam expressam, colligitur ex *l. si ea lege. 17. C. de usuris. ut ostendit Hostien. d. lo. Cont. Pac. in comment. ad l. 1. C. de pigner. act. n. 12. & seqq. Hottom. disp. de feudis cap. 15. Vbi ex Albert. Crantzio lib. 8. Dan. cap. 35. refert exempla antichreseos permixta mercatoribus Lubecensibus in oppido Kilone, de cuius ratione uberius ibidem disputat. De Antichresi urbis Egræ, v. Goldast. lib. 1. de regno Bohem. c. 17. n. 6. Dn. Limnaum lib. 1. de jure publ. cap. 8. p. 127. in margine Bertinm. lib. 3. Germania. p. § 19. Topographiam Bohemiæ. pag. 24.**

8. Ex his autem patet, labi Argentæum d. artic. 61. n. 2. quando de omni antichresi in genere effert, vel hanc in omni antichresi proportionem requirit, ut fundi fructus, usuris legitimis acceptæ pecuniæ, congruant. - Et inf. d. n. statuit. Quotocunq; tempore antichresis contrahatur, non tamen debere creditorem ampliores fructus annuos percipere, quam quanti conveniant cum legitimis pecuniæ creditæ usuris, alioquin, usuræ vitium, contractum corrumpere *l. 1. §. pacto. 3. de pignor.* Antichresin enim expressam regulariter ad modum usurarum non limitari, iam supra artic. 11. abunde ostensum est. Nec, obstitit *d. l. 1. §. 3.* Siquidem de casu speciali loquitur, quo modus perceptionis ad finem legitimæ usuræ, pacto speciali fuit restrictus. Unde sequitur, extra causam adductæ

limi-

limitationis; propter incertum fructuum proventum qui sæpe frustratur & decollat agricolas, (Nam ut Cicero §. Verrina ait. totæ res rusticæ eiusmodi sunt, ut eas non ratio neque labor; sed res incertissimæ venti tempestatesque moderentur.) reductionem istam ad finem & modum legitimarum usurarum locum non habere, vid. Cuiac. in Papin. ad. d. l. 1. §. 3. p. 694. vers. vero. Vbi ait; in specie d. §. 3. non esse contractam antichresin, quia non sit actum simpliciter, ut fructus in vicem usurarum perciperentur, ante usuris in stipulationem deductis, quo genere antichresis contrahatur: sed actum esse, ut in vicem usurarum quæ in stipulationem deductæ erant, si non solverentur ad diem, fructus retinerentur ad finem legitimæ usuræ: quæ res indicat, animum fuisse creditori contrahendi fœnoris; non contrahenda antichresis: quia cum antichresis contrahatur, nulla usura specialiter in stipulationem deducantur. Ita Gallus Gallum erudit & rectiora docet. Nisi Argentæum de fundis illis cogitasse credamus, quorum certus fere proventus est! de qua limitatione diximus d. artic. II. §. II. & scribit Gamma decus. Lusitan. 119. n. 34. vers. septimo, adjiciens: si a principio secundum communem hominum opinionem aliquali etiam certitudine constaret, de isto futuro excessu ultra duplum sortis; tunc non posse ultra duplum aliquid exigi. Quæ de re in consilio mox subjiciendo, nonnulla uberius tractabuntur.



ARTICULUS XIII.

Determino ejus quod interest: Vbi difficillima Constitutio
l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest: dichotomicè resolvitur.

I.

Side Theoret. Es
dell. 21 Cuiac.
jac. II, O. 18

Ἐὶ τις ἐπὶ τειύδοισι πλανώμενον εἶδεν ἔρωτα
(Δραπέτιδας ἐμ. ὄβιν) ὁ μανυτῆς, (comm. μινυλῆς) γέρας ἕξ η δέσ.
Ita

Ta olim amorem suum, quarebat gemebunda Venus, apud Moschum, perfidiam & inconstantiam Mercurii sui, toties experta. Nec minore anxietate quærunt pii Christiani, & imprimis pauperes, amorem & mutuam charitatem à Christo, humani generis Amatore patre, fratre, deliciis; tantopere commendatam. Vbi est sanctus ille Amor; ubi tam strictè injecta Charitas? Latet scilicet post carecta Usurarum, Censuum & ejus quod interest: *Quæ ita conjunguntur in locis th. alt. hujus artic. citandis.* Hæc scilicet amoris hodie Christiani sunt latibula aut peripetasmata: quibus nudatus, incedit, fugitivus & sordidatus pulvis, frustra hospitem requirens: Ejus formam mutuatus Pluto, sub specie commiserationis, miseris debitoribus cutem pilumque, quibus se amicitiat, immixti abstrahit rapacitate. Laudandi ergo pii principes, qui larvato impostori larvam detrahunt, & metam figunt, ne nimium in oculos aut viscera proximi grassetur.

2. An ea meta, *ei quod interest*, etiam posita sit, viri docti in dubium vocant! Quorum nos sententias supra obiter designatas, nunc plenius utrimque conferemus, (cum species quæ dignum habent tractatum seorsim recensendæ sint, *arg. l. certi. §. pecuniam 3. de reb. credit. l. legavi. 25. ibi. plenius attingas, quotidiana sunt. De liberat. legat.* Iudicium tamen cuivis liberum relicturi. Neque est quod quisquam ideo crebriores Actor. dissensiones sugillet: aut vitium humani generis in dissensionem procacis, aut studium placendi, aut cupidinem inserviendi clientibus, temerè bonis viris assignet. Sunt n. circa Themidem suam (*in mitiorem hanc sententiam principium capituli hujus allegoricum me rapit,*) cultores Astrææ *ἰουβειδῶν*, siue rivales! quia ex eodem rivo aquas ducunt. At inter *ἀρτεῦσας* facile possunt jurgia intercedere. *Cujac. lib. 41. Digest. Juliani ad l. Lucio Titio. 4. de aqua quotidiana & estiv.* Confitetur D. Augustinus *lib. 1. confessionum cap. 9. inf.* Se tam impotentis animi Doctores habuisse, ut si quis eorum in aliqua quaestiuicula à collega victus esset, magis bile atque invidia torqueretur, quam ipse (Augustinus, tum puer) cum in certamine pilæ a collusore suo superaretur. Eandem impotentiam

M m

tiam

tiam Doctoribus quoque nonnullis imputat Editor summæ Placentini in præfat. scribens : citius quosdam de agro paterno, quam de opinione primum imbibita, esse decessuros. Absit autem ut ea effervescamus aut insolescamus animi impotentia, quoties vel fœneratores in exitium nostrum conspirasse animadvertimus, vel alios magnos viros a nobis dissentire deprehendimus. Sed modestiæ Jctorum memores, vid. Anton. Matth. Orat. de modest. Iuriscons. Traiect. Ao. 1644. Res cum rebus, rationes cum rationibus conferamus, dignitate vitorum præclarè de Repub. meritorum, & existimatione semper illibata.

3. Nimirum diximus supra part. 2. artic. 5. §. 2. & 8. incidenter, magnam esse inter Dd. controversiam, sive ut Cujac. in Pauli lib. 21. ad Edict. l. 7. de serv. præd. rust. p. 331. appellat. *ἀμνηστία* & pugnandi contentionem, circa hoc problema, *Vtrum id quod interest, ultra alterum tantum exigi possit?* Putavimus tamen Negativam (quod interesse ultra duplum exigi nequeat) & iure probari & communiore calculo confirmari. Iuris duo loca protulimus: Alterum e volumine Digest. specialem, Africani in l. cum & forte 44. de act. Empt. vend. Alterum ex Codicis Iustiniani systemate, generalem in l. un. C. de sent. qua pro eo quod interest. Ante Iustinianum enim dupliratio in æstimatione eius quod interest, videtur tantum in certis quibusdam causis servata fuisse, ut si venditor non caveret, habere licere. l. Ex empto 11. §. ult. de action. Empt. si sumptus eruditionis repeterentur d. l. 44. d. t. Non in omnibus; veluti si quis sciens rem alienam dolo malo ignoranti vendidisset, tum enim tenebatur omnimodo, id est sine modo, etiam ultra duplum, propter dolum malum l. 45. d. t. At Iustiniani demum constitutio generalem determinationem introduxit. Cuiac. in comment. ad d. l. 44. de A. E. p. 891. lit. C.

4 Et hanc quidem opinionem sive sententiam communem esse, facile probabimus, si quidem concedendum fuerit definitioni Antonii Mariæ Corat. lib. 1. de commun. opin. tit. I. n. 102. qui post multam *διερεύνησιν*, tandem concludit: communem opinionem dici posse eam, quæ septem

Dd.

Dd. approbetur, eorumque autoritate sustineatur, Confer, n.
 19. & seqq. At nos in allegato §.8. non septem, nec quatuor-
 decim tantum: sed pene 20. Iuris Doctores in Theoria & praxi
 celeberrimos laudavimus! (cum Alii vix binos, Zangerum,
 puta, aut Berlichium, pro adversativa sententia nominare pos-
 sint.) Adnumeraturi insuper plures, etiam ex recentioribus, si
 id usus postulaverit, vid. Bachov. & Hunn. 2. disp. 23. §. 4. lit. F. ibi.
 interesse in casibus certis duplum veri pretii excedere non debet:
 (Ad similitudinem usurarum, inquit Hunnius, post Cuiac.
 9. observ. 13. quæ cum sortem adæquant, amplius non debentur,
) In casibus v. incertis, æstimatio eius tota, Iudicis arbi-
 trario permittitur. C. I. A. de re Iud. §. 17. n. 3. 1. Tot autem Aucto-
 rum consensum & iuris studiosos & iudices observare jura
 jubent. l. 1. de offic. quæstor. §. illud quæsitum 9. Inst. de hered. Inst.
 c. Novimus 27. ibi. & quorundam sit opinio à pluribus approbata
 Ext. de verb. signif. Feierabend in Epist. dedic. tom. 1. thesauri com-
 mun. opin. & maxime invehitur in Interpretes & Lectores An-
 ton. Maria Coratius de commn. opin. præfat. n. 1. qui ingenii
 tantum viribus confisi, omnium rerum veritatem sola dispu-
 tatione consequi volentes, communem opinionem maledicis
 dentibus (ita ille loquitur:) lacerare non desinunt. In quod
 opprobrium, ne & ipsi incidamus, communem opinionem,
 quatenus ea legum sententiæ non expressè refragatur, com-
 militonibus nostris per occasionem fideliter commendamus.
 Certe in consulendo & respondendo, ab ea non facile rece-
 dendum esse, communis iterum est traditio arg. d. l. 1. vers. sane
 crebrior. de offic. quæstor. l. si idem 11. de iurisdic. l. minime 33. & 37.
 de LL. Menoch. 2. præsumpt. 71. N. Reusner. Consil. 7. n. 31. Cum
 contra eam obtinere quis frustra speret. Iason. in l. 1. pr. C. de
 testam. Wes. 1. consil. 8. n. 44. & consil. 38. n. 78. Adeoque singula-
 res opiniones non sint curandæ: per ea quæ late dicta sunt in
 thesaur. loc. commun. jurispr. lib. 13. cap. 25. §. 7. & plenius deduce-
 mus. D. V. eodem loco in Achate.

5. Talis videri poterat sententia dissentientium Zan-
 geri & Berlichii. Qui soli laudantur a Jcto præclarissimo
 hanc opinionem novissime patrociniis suo gravissimo dignan-

te, cap. 1. *Afyli debit.* §. 24. n. 276. & seqq. Quibus tamen jungi fortean possunt, quos supra liberaliter ac ingenue nostræ sententiæ opposuimus, *part. 2. artic. 5. §. 2.* Nos omissis in præsens auctoritatum calculis, rationes denuo expendemus. Adferuntur autem partim ἀναγκαστικῶν partim κατασκευαστικῶν. Adstruendi fundamentum ponitur in *l. 2. §. 8. de eo quo certo loco.* ubi in actionem de eo quod certo loco (arbitrariam) id quod interest venire dicitur, etiam ultra legitimum usurarum modum. Nec concedūt *Dissert.* textum istum per *l. un. C. de sent. qua pro eo quod esse abrogatum:* Sed malunt Imperatorem exaudire vel (1.) de interesse unius anni, quod duplum excedere nequeat: unde tamen ad interesse plurium annorum, non rectè inferatur: vel (2.) de duplo ipsius interesse, sorte exclusa, (i. e. supra fortem: Ita enim viri maximi sententiam capio vel (3.) ad interesse ultra duplum quidem æstimatum, sed non probatum. Certe ambiguum esse Imperatoris sententiam, adeoque ad correctionem d. l. 2. §. 8. non esse trahendam, concludunt. Denique quicquid Justiniano placuerit, successores in Imperio, liquidationem ejus quod interest, libero arbitrio permisisse. *Recess. Imp. Ao. 1530. & reformat. Polit. de Ao. 1548. & constitut. El. part. 2. constit. 30.* Addunt etiam rationem diversitatis inter usuras & id quod interest: Illas enim tantum ex promisso & proposito fænerandi exigi: quod non possit cadere in creditorem, qui cum absque usurarum stipulatione pecunia sua debitorem juverit, nec tamen debito tempore eam, recuperat, merito una cum sorte, & æstimatione damni emergentis vel lucri cessantis exigere censeatur. *Conf. Dn. D. Hahn, in observ. Wesenb. ad tit. de constit. pecun. addit. pag. 528. Vbi ill. de altero tanto in Germania non ubique receptas tradit. Dn. Zorer. part. 2. Seines Rechtlichen Bedenkens quest. 15. n. 939. vers. zu dehme. ab. wo je dergleichen nicht als Jährliche Zins; So kan es doch als ein interesse erfordert/erkandt vnd bezahlt werden.*

Varii intellectus l. 2. §. 8. De eo quo certo loco,

6. Spero nobis solutum fore, salva semper magnorum virorum auctoritate, Tria verba pro communi opinionis, exercitationis Academicæ nomine, reponere: Et (1.) quidem

textum

textum l. 2. §. 8. de eo quod certo loco, à Cuiac. & aliis restringi ad pecuniam trajectitiam, propter vers. antecedentem! Quid enim si trajectitiam. Ita ille tractat. 8. ad African. in l. 33. locati. pr. 1162. e. Vbi unicum hunc casum à Regula l. 44. de A. E. V. excipit: Si pecuniam nauticam creditori certo loco reddi convenerit, quia pecunia trajectitia olim modum non habuerit. Adhibe Odofredum, Hortensium, Raguellium, & alios plures citat. inf. part. 4. artic. 4. ubi de usuris pecuniæ trajectitiæ, peculiari capite agetur. fac. locus Pauli. 2. sent. 14. §. 3. ibi Trajectitia pecunia. propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras recipere potest. Hic igitur singulariter, ultra legitimum usurarum modum, dicitur in arbitriam actionem venire id quod interest, accommodate ad exemplum de quo agitur. Hortens. ad d. l. 2. §. 8. pag. 19. (2.) Add. Alios, per modum in d. l. 2. §. 8. intelligere quantitatem, ne supra centesimam exigatur, Gothofr. in notis ad Gloss. d. §. 8. Cum enim duplex modus usurarum occurrat (quod jam multoties nobis inculcandum fuit,) alter, ratione quantitatis, alter ratione termini; licebit, inquit, in hac actione egredi modum ratione quantitatis, & interesse poterit longe ultra duodecim in centum progredi. Conf. C. I. A. de usuris §. 16. Aliter (3.) Vmmius hanc difficultatem expedit disp. 21. de process. n. 68. inf. Aliter (4.) Dominus Carpozovius 4. Respons. 48. n. 3. hunc §. 8. ad casum moræ commissæ reducens. Sed quia ipse Cuiac. tandem constituit: jure novo ne nauticam quidem usuram ultra duplum deberi, ut infra de usuris pecunia trajectitia seorsim ostendemus. Nec illud absolum fuerit dicere (5.) etiam hanc juris partem per l. un. C. de sent. que quo pro eo quod interest correctam & emendatam esse.

7. Id quod sane omnes facile admittent, qui legis istius Analysin instituere haud pigrabuntur. Est enim ex illis, de quibus nequeat pronuciari, quod gl. in l. 9. de gradibus. Or Signori legemistã videbitis per vos. Continet ea tum proœmiũ, tum constitutionẽ ipsam. Proœmium exhibet causam & occasionem promulgandæ huius constitutionis: quod sc. pro eo quod interest dubitationes antiquæ in infinitum productæ essent. Melius Pro abra-

Analysis l. un. C. de sent. que pro eo quod interest.

M m 3

autem

gatione l. autem visum fuisse, huiusmodi prolixitatem, prout possibile est, in
 2. §. 8. de eo angustum coarctare. Quibus verbis exponitur & vitium iuris
 quod certo veteris, quod circa definitionem eius quod interest, traditio-
 loco, arg. nes veterum minus certæ essent, & intentio emendantis. Quæ
 (1.) à cau- duæ notæ arguunt, esse hanc constitutionem unam ex 50. deci-
 sa. Llatio- sionibus, arg. §. ult. l. de libertin. ibi. per quas antiqui juris altercatio-
 nis, peritæ, nes placavim⁹. vers. unde. pr. l. de nupt. In his dubitationib⁹ fuisse
 controversiam de eo quod interest, in actione de eo quod cer-
 to loco, præstando; apertè indicat Ulpianus in d. l. 2. §. 8. quan-
 do ait: Julianum Labeonis sententiam fuisse secutum. Eo-
 que indicat, alios, (forte Sabinianos,) aliter sentire. Licet enim
 Salvius Julianus aliàs partes Sabinianorum secutus fuerit: Cu-
 jac. in Paul. ad l. 2. pro derelict. in comment. ad l. 59. de R. V. Eoque
 sæpe iniquior fuerit Proculianis, imprimis autem Celso, Cu-
 jac. in l. si procurator 6. per illum textum, §. ult. de condict. in-
 deb. & lib. 8. observ. 35 Unde iterum a Proculianis sæpius im-
 petitur. Cujac. 36. D. Iuliani ad l. 75. de iudic. p. 271. imprimis
 a Marcello, Merill. 1. observ. 28. & cap. 5. decis. p. 237. Qui iure
 perpetuus Juliani reprehensor dici meruit. Cuiac. in recitat
 ad l. 14. in fin. de reb. credit. quod ubi vel rimam tantum
 conspexerit in scriptis Juliani, statim figere soleat aculeum
 Vti iterum notat Cuiac. in Iulian. ad l. 2. de noxal. act. p. mihi 488.
 Attamen in hac controversia Labeonis sententiam est secu-
 tus.

(2.) ex In-
 tentione
 Imperat.

8. Jam mens & intentio Imperatoris fuit, etiam in hac
 causa altercationes cæterorum, & imprimis Illas, quæ
 definitione eius quod interest in infinitum producebantur,
 prout possibile esset, i. e. prout rei tam vagæ natura pateretur. l. 2.
 de statu hominum. l. 1. §. 4. ibi. Secundum quod possibile est. C. de V. I.
 E. 'εἰ δὲ τὸν τὴν πρῶτον & οὐκ ἔστιν ἀδύνατον. Arist. I. Ethicor. I. d. l. un-
 componere. Atqui Labeonis hæc sententia. (maxime si ex opi-
 nione adversariorum accipiatur, etiam de modo termini,) id
 quod interest, in infinitum, hoc est ultra legitimum usurarum
 modum produxit. d. l. 2. §. 8. vers. in hanc arbitrariam. Ergò si ea
 opponatur clarissimæ Justiniani definitioni, tuto concludere
 poterimus, huiusmodi prolixitatem in angustum (definitio-
 nis

nis Justiniani novissimæ) thema coarctandum esse. Conducit eodem clausula, prout possibile est, qua Imperator in declaratione mentis suæ utitur, Innuens, se omnes istas altercationes, quatenus id rotunda definitione per rei indolem posset præstari, compositarum. Atqui possibile, imo facile illi fuit, confer §. 8. *Inst. de publ. judic. ibi. ex qua hoc apertius possibile est scire. §. ult. inst. eod. cum simil.* definire litem, quæ in compositione Digestorum eodem fere tempore occurrebat. Ergo haud dubie etiam illam hac lege voluit compositam; cum & voluntas & potestas in hoc actu concurrant, arg. *l. multum 6. C. si quis alteri vel sibi. Dn. Klock de contribut. c. 12 n. 55.* adeoque cum adus ille ad perimendū vetus jus tendat, non debet eius contrarium operari *l. cum tale 72. §. ult. de condit. & demonst. l. qui hominem 34. §. ult. de solut. Ferrar. in form. rei convent. vers. salvis alias n. 9.* Et hæc de proœmio.

9. Constitutio ipsa potest dispesci in partes internas & externas. Internæ sunt, Dispositio ipsa & ejusdem munitio & confirmatio. *Dispositio* continet tum distinctam definitionem; tum ejusdem declarationem per ampliationem; *Definitio* distinguit inter casus certos & incertos. *Casus certi* ostenduntur descriptione & exemplis. Quoad descriptionem casus certi dicuntur, qui vel certam habent quantitatem vel naturam. Ubi prior pars definitionis videtur pertinere ad res fungibiles; posterior ad species. *Cujac. African. tr. 8. in l. 44. de A. E. V. p. 1157. D. ibi in casibus, in quibus agitur, de re certa, vel summa.* Quantitas enim (quicquid in contrarium muginetur vel potius nugetur *Forcatulus Dialog. 42.*) in proprio significato & *κρυολέκτος* speciei plerumque opponitur, *Donell. in tractatu de eo quod interest cap. 9.* Vocabulum a. *natura* pertinet proprie quidem ad species rerum corporalium; per analogiam tamen etiam ad species rer. incorporalium trahitur. *Donell. d. loc. Fumaus eod. tr. cap. 4.* Suntque ex res certæ vel ab initio statim, vel ex post facto sive intervallo. Ab initio statim, cum res unica, & ad individuum determinata in obligationem est deducta: Ex post facto, quando quid ab initio generaliter in obligationem deducitur, quod tamen postea per electionem aut designationem determinetur. *Ant. Fumaus d. cap. 4. ut sensus sit:*
qui

Qui casus certi sunt, vel ex objecti pondere numero & mensura; vel ex rei ipsius certa natura & quidditate, l. 6. de reb. cred. ii sub hac regula continentur. Jam subsumo: Atqui casus d. l. 2. §. 8. certus est, quia continet certam quantitatem. Ergò, sub definitione istius novi juris continetur.

Tertium,

10. Exempla Imperator proponit tum explicitè tum implicitè; Explicitè emptionis venditionis & Locationis conductionis. Quia enim in E. V. res & pretium; in locatione itidem res vel merces iteq; facta certa esse debent (facta quidem non tam in se, quam ratione conventæ taxationis.) ideoque etiam excedere duplum non debent. Obijciunt hic nonnulli venditorem obligatum esse, ut rem tradat; Locatorem similiter: Rem autem tradi esse obligationem faciendi, l. stipulationes 75. de V. obl. l. ubi autem. 75. §. qui id quod. Eod. Porro faciendi obligationes non certum, sed incertum continere. §. ult. l. de verb. obl. l. ult. de prator. stipul. Sed jam subindicavimus distinctionem inter quæ facta, definita sunt conventionem contrahentium; & quæ ea carent. In contractibus istis facta jam taxata sunt pretio & mercede. Ergò incerta amplius nequeunt perhiberi. *Donell. 26. comment. 17. Ant. Matthæi disp. 16. c. 23. v. g. vëdidisti mihi Stichum aureis centum: is postquam comperisset fideicommissariam libertatem sibi relictam esse; in libertatem se asseruit: Agam adversus te quod statuliberum mihi vendidisti, non solum ad pretium; sed etiam ad id quod interest. At illi^o tamen taxatio duplicationem pretii, h. e. ducenta, excedere non debet l. 43. §. ult. de A. E. V. conf. Perez. in praelect. Cod. n. 6. & 7. ubi aliis exemplis hanc speciem illustrat.*

11. Remissive huc allegat Imp: omnia exempla contractuum certorum. Siquidem, *uti Gothofr. hic ex Cujac. ratio-*
cinatur, ex omnibus illis certi quid condici potest l. 9. de reb. cred. l. 71. de V. obl. ut adeo male Fumæus d. c. 4. contractus stricti-
Juris excipiat: cum illorum naturæ maxime conveniat, præ-
cisè observare quæ acta sunt l. 99. de V. obligat. v. g. Mutuo pla-
ne congruit, ut res ejusdem bonitatis reddatur; itemque sti-
pulationi, in quam res certa vel quantitas, vel etiam factum
taxatum deductum est, omnino convenit, ut eadem res vel
quan-

quantitas vel taxatio præstetur.

Dis. Contius in schol. ad
hanc l. un.

Jam iterum subsumo: Actio de eo quod certo loco est adjecti *Quartum.*
tia qualitas actionum ex mutuo vel stipulatu, quibus res
certa petitur, æstimata simul loci utilitate l. 2. pr. §. 2. l. 7. cum l.
seqq. De eo quod certo loco. Wes. in comment. ibid. n. 2 & 5. Ergo
nisi magna causa diversum postulet, dicemus, regulariter &
hic, id quod interest, ultra duplum non æstimari.

12. Objici huic versiculo, & ipsis adeo exemplis expres-
sis, solent, *lex Iulianus 13. de action. E. V. itemque l. 19. §. 1. locat.*
cond. ubi taxatio eius quod interest longe latius producitur,
neque cancellis dupli constringitur. Respondent alii: Hoc
fieri propter adjectiones, sive clausulas, quæ hisce contractibus
adjici solent, tum de persona venditoris, tum de re vendita.
De sua enim persona, inquit, id venditor recipere solebat,
nihil in re vendita dolo malo fecisse vel facturum esse. Quæ
clausula factum incertum continet. *arg. l. 4. de verb. obl. Facto-*
rum autem incerta natura l. 75. §. 7. de verb. obl. Quod si itaque
dolo malo venditor circa rem venditam quid commisit, ca-
sus erit incertus, obligatioque in id quod interest, empto-
rem deceptum non fuisse (*id quod omnia detrimenta continet d.*
l. 13. pr. & §. 2. de A. E. V.) ab initio committetur, cum nullum
subsit simplum. De re ipsa hoc in se recipit venditor, cum de
re vendita aliquid asseuerat, v. g. *servum esse frugi. l. 43. de con-*
trah. empt. Cui commendationi si eventus non respondeat, to-
tum id quod interest præstandum erit, *d. l. 13. junct. l. 6. §. 8. de act.*
E. V. tum quod res incerta in cõventionem deducta sit; tum quod
lata culpa intercurrat, quæ dolo æquiparatur, eique proxima
censetur. *l. 32. depositi. Ita Forcatulus Dialog. 55. n. 4.*

13. Simplicius dixeris cum Contio, l. nostram loqui
de casu regulari & causa culpæ levis; Non etiam de dolo
vel lata culpa. Quæ declaratio & distinctio aperte fundatur
in l. in actionibus §. §. 3. ibi. Sed in his omnibus (judiciis b. f. confer.
d. l. 5. pr. & l. 6. d. r.) ob dolum solum in litem juratur: non ex-
iam ob culpam. Hac enim iudex æstimat. De in litem jur. l. 4.
§. ult. ibi. ex culpa, (levi) non esse iusjurandum (hoc) deferendum

Nn

con-

constat. Sed estimationem à iudice faciendam d. tit. Perez. ad h. l. un. n. 11. Ratio diversitatis est in pro patulo: primum enim publice expedit, dolum præsertim in b. f. judiciis, accurati^o vindicari. l. 1. §. 1. de contrah. empt. Deinde tacita hæc conditio omnibus videtur subesse conventionib^o: præterquam si dolo tuo deceptus fraudatusve fuero. l. Doli clausula, 119. de verb. oblig. Vtunque enim hæc de re nihil nominatim cautū sit, pro cauto tamen, quod caveri solet, habebitur. arg. l. 2. §. 3. l. 30. ad SCrum. Vellej. cum dol^o in quolibet dispositione censeatur exceptus & exclusus l. creditor 60. §. Lucius 4. Mandati. l. si pater 12. Quæ in fraud. credit. vid. Thesaur. L. C. iurispr. l. 4. cap. 44. axiom. 1. Donell. dict. tr. de eo quod interest cap. 7. med & quæ ex consuetudine solent adjici, pro adjectis habeantur l. 61. §. 8. de furtis. Cuiac. tr. ad fin. 16. p. 2128. D. Adde posse (3.) l. ex parte 121. ubi hæc clausula, dolum malum abesse, incerti actionem parere dicitur. de verb. oblig. Item (4.) quod Imp. nominatim de contractibus hoc vers. loquatur; ibi. in omnibus contractibus. ut excludantur delicta, in quibus etiam ultra duplum, in triplum, vel quadruplum, fit æstimatio. l. 67. §. 1. de furt. l. 45. §. 1. de action. Empt. vend. Vmnius disp. 21. de process. 8. 11. n. 64. Alias exceptiones inferius suo loco subiiciemus.

14. De casibus ergo istis certis definivit Imp. Hoc quod interest, dupli quantitatem minimè debere excedere; Vbi termini & rationes excussionem merentur, ut illationi nostræ eo magis inserviant. Primum, id quod interest, utilitatem communem, & veram, quæ nobis abest, quamque adipisci potuimus denotat. l. 3. §. 4. de alienat. iud. mutand. causa fact. l. 15. §. 7. Quod vi aut clam. Cuiac. in Papinian: ad l. 80. de furt. ubi definit; Utilitatem quam haberem, nisi mihi damnum datum vel lucrum interceptum fuisset. Iterumque lib. 76. Pauli ad edict. in l. 13. Rat. rem hab. Commodum quod haberet actor, si ei culpa adversarii damnum datum, vel lucrum interceptum non fuisset. Plures alias definitiones Idem comminiscitur, in recitat. Cod. de sent. quæ pro eo quod interest. v. g. Quod actori vere abest, d. l. un. vers. in aliis. verb. revera, quodque vere lucrari potuit. Non autem intelligitur interesse, quod vocant singulare, seu affectionis. Vmnius disp. 21. de process. 8. 11. n.

Conf. l. 27.
§. 1. ibi. mi-
nimè. C. de
Usur.

§. 12. n. 68. ubi ad contraria respondet. Deinde duplum accipitur, ut alias, *conf. infr. §. 24.* ita & hoc in loco, inclusive, f. mixtum, cum implicatione seu involutione simpli. *l. 1. pr. l. 43. in fin. cum l. 44. de action: Emp. vend. Pacius in Anal. C. h. n. 6. f. pretii inquam,* non tam intrinseci, quam conventi: *Perezins. d. lo. n. 6.* Ut si res quæ vendita nec tradita est, emptæ sit decem: digna autem sit viginti quinque: Emptor viginti tantum consequetur: nempe decem pretii nomine, & alia decem nomine eius quod interest. *arg. l. fundo §. de Evict. d. l. 43. & 44. de A. E. V. Ant. Matth. d. disp. 16 & 25.*

15. Hic vero valde irascitur Triboniano Hottomanus *cap. 4. disputat. de eo quod interest,* quod acumen veterum Juristorum confusus; suam ipse temeritatem & stultitiam posteris prodiderit. Sed quæ causa huius indignationis? quia jus inquit, suum cuique tribuit: & æquitas in casibus certis atq; incertis par & æqualis vertitur. Res facilis est expeditu, si quis indolem causarum certarum & incertarum penitus consideret. In certis enim simplum facile dignoscitur: itaque vel ex voto contrahentium certus figendus est, ut facile potest, terminus, cum id quod duplari possit, ab initio obligationis statim appareat. *Donell. 26. comment. 24.* At rei incertæ, ut vaga & indefinita natura est, ita vix certa potest constitui regula: uti post *Alciat. cap. 5. de eo quod interest.* ratiocinatur *Cujac. in parat. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & in Comment. C. d. t. utrobique Aristotelem laudans 4. Ethic. cap. 14. scribentem: ἢ ἀόριστον ἢ τῶν κείνων εἶναι ἀόριστον.* Adde quod iam tum etiam quibusdam casibus hunc terminum designaverit. *l. 13. §. 26. l. cum & forte 44. de A. E. V. l. 9. 44. D. de usuris l. 10. 15. l. 27. & l. 29. C. de usuris. Perez. d. lo. n. 4.* Unde & dupli stipulatio Evictionis nomine usitata *l. 2. §. 37. de Eviction.* Quæ ut civilior; sic frequentior ac vel tacite subaudita fuit *l. 2. De Evict. Cuiac. ad d. l. 44. p. 1157. B.*

16. Et hæc quidem de casibus certis demonstrasse, ad præsens thema asserendum, poterant sufficere: Sed utin gratiam commilitonum legis Analysin absolvamus; De casibus quoq; incertis, nonnulla subjungenda sunt. Horum v. definitione



Imp: omisit, quod ex oppositione definitionis certorum, eam emergere existimaret. Sunt enim casus incerti, qui nec quantitatem, nec naturam certam habent: Sive ut Forcatulus *Dialog. 43. n. 4.* ait: quorum simplum (res principalis) velut exemplar, incertum est; ut ideo difficulter probari possit eius rei aestimatio, cuius neque ex singulari conventionem, neque ex communi hominum usu, certitudo vel modus queat desumi. *Bachov. 2. disp. 23. §. 4. lit. H.* Referuntur etiam a *Bocero cl. 6. disp. 29. §. 34. & seqq. (1.)* obligationes facti à contrahentibus non aestimati, in quibus sc. promittitur aliquid fieri, vel non fieri. *Treut. d. §. 4. f.* cum enim facta propter varietatem circumstantiarum & artificum variare soleant: etiam interesse eorum variare necessum est. *l. ult. de prator. stip. §. ult. Inst. de verb. oblig. Forcat. d. n. 4. (2.)* actiones quibus possessio petitur *l. 40. §. 1. l. 15. §. 1. de Condict. indeb. Bocer. d. loco.* Sunt tamen & plures species, sc. (3.) obligationum ex delicto, ex quibus ad id quod interest agitur. *C. A. §. 18. n. 2. (4.)* Contractus etiam, vel quasi contractus, quorum obligatio in eo potissimum consistit, ut aliquid fiat vel non fiat, ut mandati, tutelæ, negotiorum gestorum, societatis. *C. A. d. loco. n. 1.* qui ideo à superiore regula excipiendi sunt. *Donell. d. tr. cap. 6.* Quemadmodum etiam in venditione & locatione quidam casus excipiuntur, *vid. C. A. dict. loco. n. 4. & §. conf. Cuiac. in recit. C. ad hunc tit.*

17. De casibus istis incertis dijudicandis, proponitur & instructio iudicum, & ejus ratio. Instructio dirigitur ad ipsos iudices, qui informantur & per thesin faciendorum, & per remotionem cavendorum. In certis, lex definit id quod interest, *inquit Cuiac. in recitat. C. h.* In casibus v. incertis & infinitis taxatio permittitur iudici, cum ejus utilitatis aestimatio variet, pro factorum diversitate; ita ut aliquando nihil interfit. Unde certa iuris regula determinari nequit, perinde ut nec ceteræ quæstiones facti s. judiciales. *conf. sup. §. 15. & Arist. lib. 1. Rhet. ad Theod. c. 13. & 15. itemque lib. 3. Polit. c. 17. & lib. 2. Magn. Moral. cap. 1. quibus locis ostendit; ob legum universalitatem & rerum diversitatem, quadam Legilatores effugere & determinari non posse: sed equitatem succurrere. d. l. 1. Rhet. ad Theod. c. 13. & lib.*

lib. 4. Eudem. cap. 8. fac. l. 2. §. 5. De aq. & aqu. pluv. arc. Ne autem arbitrium illud omnino vagum sit; instructionem hic subjicit Imp: ut dicere occupavi, geminam: Primum in thesi: Monendo iudices ut subtiliter veram damni rationem inquirent, i. e. ex factorum varietate & circumstantiis religionem suam informant, an revera interfit: & tum ejus æstimationem (ita damnnum pro æstimatione hic accipiendum, ut in l. 81. de V. S. l. II. pr. ad SC. Trebell. l. 12. §. ult. quod met. causa.) reddere Reum jubent. Addit, κατ' ἀγαν, cavendum esse iudicibus; ne admittant machinationes, quibus damni æstimatio immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigitur. Quibus verbis excludere videtur interesse adfectionis singularis l. 33. pr. ad L. Aquil. l. 63. pr. ad L. Falcidiam. utilitatem item alienam, commentitiam, longius petitam, fundamento carentem, ut in l. pen. ad Exhibend. C. A. d. loc. 6. 16. n. 5. ubi plures species apparentes removeret.

18. Rationes huius restrictionis duas Imp. adfert, quarum prior petita est à devitatione infiniti: Siquidem omnino cavendum est iudici, etiam in arbitrariis, ne in immensum procedat æstimatio l. qui bona 13. De damno infecto l. 4. §. 2. de in lit. Jurando. quanquã ea Lex de juramento in litem agat, quod ab eo quod interest differt. l. 2. de in lit. jur. & æstimationem longius excedere potest. C. A. de re judic. th. 29. n. 3. Idque idem videtur Imp. his verbis aut efferre, aut velle, cum inquit: ne dum in infinitum computatio reducitur (pro deducitur sive extenditur) pro sua impossibilitate cadat. i. e. impossibilis præstatio efficiatur. Græci, lib. 9. Basilic. tit. 1. cap. 86. sic reddidere: *ὡς μὴ ἐν ὄρω εἰς ἀπέεργον ἢ ἄριστος ἀγαν, ὡς τῆς ἰδίας ἀδυναμίας πένον.* v. Thes. L. C. Jurisp. lib. 9. cap. 53. ax. un. add. l. 4. §. ait Prætor. l. à D. Pido. 15. §. sed si emptor. de re judic. Joh. Dedeken. 2. dissert. 11. n. 19. Posterior ratio occupat objectionem, vel certe à majori concludit. Cum enim in pœnis etiam jure ita constitutum sit, ut vel ordinariæ à L. expressæ, vel extraordinariæ, cum competenti moderamine, iudicis arbitrio l. 1. §. 4. ad St. Turpil. l. hodie. de Pœnis permissæ sint: Quidni moderamen tale etiam adhibeamus, in determinando eo quod interest: quod non semper pœnæ locum, certè minus

*Quintum
argument.*

propriè obtinere putatur *v. C. A. d. th. 19. n. 3 junctal. 13. §. 20. de Act. E. V.* Quidam verat, quo minus & hinc pro communi sententia machinam intendamus, & sic argumentemur: Si etiam in casibus incertis tantâ sollicitudine cavet Legislator, ne id quod interest in immensum excrescat; Quanto magis infinitudo illa, judicio Imp. devitanda erit in casibus, qui certam habent determinationem.

19. Subjicitur in fine legis *ampliatio*: quod hætenus constitutum est, non solum observandum esse in damno sed etiam in lucro: Rationem addit ipse Imperator. Quia & ex lucro Veteres (puta Labeo, Julianus *l. 2. §. ult. De eo quod certo loco l. 11. ad SC. Trebell. Africanus l. 33. Locati. Neratius l. 23. ad L. Aq.*) id quod interest statuerint, i. e. Definiverint interesse; omnem utilitatem quæ nobis revera abest. Atqui utile nobis aliquid est, duobus modis: primùm si nihil decedat de nostro: tum si quod licitè & verè lucrari potuimus, nobis accedat. *Donell. in d. rr. cap. 10. pr. Ulpianus in l. 15. §. 7. Quod vi aut clam. eandem rationem sic effert: Quoties actoris interest, officio judicis incumbere, ita restitutionem fieri judicare, ut in omni causa eadem sit conditio actoris, quæ futura esset, si id de quo agitur, ut decuit, nec perperam factum fuisset. Exempla prostant in l. 22. 23. §. 1. §. 2. ad L. Aquil. l. 28. 29. de Damno infecto.*

20. Enimvero patitur hæc ampliatio multas dubitationes & instantias; Siquidem Jurisprudentes alibi (1.) latam inter damnum & lucrum constituunt differentiam, *l. Proculus 26. ibi multum interesse, utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. De damno infecto.* Et (2.) præcisè & contradictoriè negat, ejus interesse, qui lucrum facturum sit. *l. Si is cui. 71. §. un. ibi interesse videtur ejus, qui damnum passurus est; non ejus, qui lucrum facturum esset. de furtis l. 2. §. 4. ibi detrimenti non lucri sit præstatio. De L. Rhod. de jactu. l. Si sterilis 21. §. cum per venditorem 3. De act. Eempt. Vend. Quam objicere voluit Gothofredus in not. ad verb. lucro. d. l. un. Missis aliorum declarationibus, quas videre licet apud Donell. d. c. 10. Ludcken. disp. de eo quod interest. memb. 1. n. 35. & seqq. Simpliciter respondeo; Imperatorem vocem lucri in d. l. un. Strictius*

Etius accipere & intelligere; Lucrum (1.) revera impeditum, quod
 iuste ac sine alterius injuria (*secus si cum praesudicio alterius, ut
 in d. l. 71. §. 1. de furt. l. 26. de damno in facto*) Et quidem (2.) ex
 re amissa sola, non etiam aliunde (*facit d. l. 21. §. 3. ibi. qua modo
 circa rem ipsam consistit. de Act. Empt. Vend.*) percipi potest. Siqui-
 dem de lucro incerto, sperato, apparente; & eo quod aliunde
 consequi quis poterat, dici non potest, ob factum adversarii
 solum, utilitatem alteri interceptam esse. Illico *Ummius disp.*
21. de processibus n. 68. post. Donell. 26. Comment. 22. Cludius de con-
dict. furtiv. cap. 13. n. 20. & seq. itemque cap. 17. n. 9. & seq.

21. Huic distinctae & accuratiori dispositioni adponit
 Imp. firmamentum, statuitque, ut in omnibus (casibus) secundum *Sextum
 argumentum*
 quod dictum est, (i. e. secundum praemissam distinctionem &
 dispositionem) finis sit antiquae prolixitatis. I. e. cessent & emen-
 dentur, qualescunque veterum contradictiones, quibus scil. di-
 gitum Harpocraticum & silentium Angeroneum imponere
 debeat, sola hujus constitutionis recitatio. Non ergo valde
 peccare videbitur, qui adversariis pertinaciter *l. 2. §. 8. de eo quod
 certo loc. proferentibus;* hanc constitutionem opposuerit, cuius
 solius recitatione omnes veterum ambiguitates & contra-
 dictiones, ad perpetui silentii observationem condemnare
 Imperator voluit.

22. Sed annon subscriptio (*pars illa Legis Externa*) hu- *Occupa-*
 ic responsioni resistit? Datum enim est rescriptum istud Con *tur obie-*
 stantinopoli *Kal. Sept. post Consulatum Lampadii & Orestis, hoc* *ctio à sub-*
 est post annum 530. Nam ut communis habet traditio, post *scriptione*
 consulatum Lampadii & Orestis, designati erant in Annum *& tempo-*
 530. Consules Hypatius Probus & Pompejus (Anastasio Im- *re petita*
 peratoris nepotes) Verum cum illi cum Probo Consobrino
 scelestam inivissent factionem, & a Belisario atque Narseta
 oportune supervenientibus, cum multis hominum millibus
 caesi essent, nomina eorum ex fastis fuere deleta, & Annus
 530. sic nominari cepit, post consulatum Lampadii & Orestis. è
 Procopio, Marcellino, Iornande, *Cuspinianus in Anno 530.* (Neque-
 tamen dissimulandum est, Calvisium hæc in Annum 531. con-
 ferre: Cui favet subscriptio *l. ult. C. de Hæreticis.* Vbi sextus Ju-
 stini-

*Conf. Sub-
ser. l. 14. C.
de Senten.
& Inter
locut.*

Justiniani, dicitur secundus post consulatum Lampadii & Orestis. Atqui certum est Iustinianum Anno 527. Kalend. April. con- sortem Imperii factum & Iustino, mente Augusto, extincto, solum imperio potitum esse. *vid. Petav. lib. 7. Ration. cap. 5.* Quicquid sit, cum 50. decisiones, quibus à multis (non certe à Merillio,) nostra quoque constitutio annumeratur, Anno 529. 30. & 31. promulgatae sint, §. 1. *constit. cordi de Emend. Codic. h. e. Anno. 4. 5. & 6. Imperii Iustiniani.* quibus annis etiam Digesto- rum editioni juris conditores incumbabant, ut pluribus pro- bat Merillius *ad 50. decis. in prafat. cap. 1.* Graviter errare non- nullis judicantur, qui Pandectas (quæ tum & ipsæ sub mani- bus calebant) per 50. decisiones corrigi autumant, *Gifan. in pra- fat. speciali ad Cod. Besold. in pracog. quest. 10.* Pro quibus plu- rimum facit *d. l. 1. constit. cordi.* ubi Justinianus profitetur, iam in ipsis Digestis jus antiquum supervacua prolixitate liberum atque enucleatum fuisse redditum: adeoque non videbitur nostra constitutio ad correctionem alicujus capituli Digest. per- tinere. Sed distingvendum est inter decisionum istarum atq; Constitutionum Novellarum, *promulgationem & coordinatio- nem.* Vt cunque n. tempore promulgationis Digestorum iam compositorum, loca correctæ non fuerint: potuerunt tamen corrigi tempore coordinationis & editionis Cod. repetitæ præ- lectionis h. e. Anno 534. Sic enim ipse Imp. *in d. constit. cordi §. 2.* ibi cum earum quædam ex emeris postea factis majore con- silio permutationem vel emendationem desiderabant &c. *vid. Cujac. lib. 2. quest. Papiniani in l. 8. de Postuland. p. 24. D. Itemque in l. commodissime, 10. in fin. de liber. & posth. har. inst. p. 751. c. Pac. in anal. C. de legat. n. 19. Locam, quest. Inst. 1. Fibigi ad Fransk. disp. quest. 1.* Cum ergò definitio Imp. regularis serîa & præceptiva sit, cu- jus sola recitatio omnibus veterum contradictionibus sit op- ponenda; sic ut dici possit *d. l. 2. §. 8.* vel abrogatum ea esse, vel certe ad casum specialem restringendum venire: Absolute interrogati, tutius ex Jure novissimo, generali, abrogatorio: quam ex Jure antiquiore speciali & singulari respondebimus: præstationem ejus quod interest, *in casibus certis termino alteri- us tanti terminari: in casibus v. incertis amplius progredi, qua- tenus sc. arbitrium Judicis à Jure instructum, permittat.*

23. Sane

23. Sane, quod viri Docti (*vid. supra th. 5.*) censent, Textum nostrum de interesse unius anni intelligendum esse (quod illud duplum excedere nequeat; plurium annorum excedere queat) vix concedit (1.) textus Generalitas, tum sub-^{Alia Dda interpretat}jecto circum posita, *ibi: omnibus casibus*: tum (2.) prædicato *ibi: cutiuntur* hoc quod interest dupli quantitatem minime excedere. Repugnat etiam (3.) natura & conditio ejus quod interest: quod non, ut usura, in menstruum, annum, biennale, triennale, &c. dispescitur. Adde (4.) quæ contra hanc sententiam præmissa sunt, *part. 1. artic. 2. §. 8. & 9. itemque part. 2. artic. 2. §. 7. & 8. & fusius artic. 3.* ubi ostendimus, hoc esse *πρωτων ψευδος* & erroris fontem, quod aliqui veterum interpretum, textus (terminum alterius tanti inducentes,) de usuris unius anni intellexerint. Quem errorem cum Dissidentes hac parte, alibi rejiciant, nempe in usuris, quæ tamen per menses constituebantur: qua de causa eum reassumant, in eo quod interest excludendo, quod eiusmodi *διαστημα χρονικα* sua natura, non admittit, vix satis causæ apparet. Deniq; rationes quas d. artic. 2. §. 3. cõmuni veterum errori in usuris ad annum restringendis opposuimus, pleræque omnes etiam restrictionem eam in coërcendo eo quod interest profligant. *conf. part. 2. art. 5. §. 10. & 11.*

24. Neque altera conjectura, vel interpretatio locum habere potest, qua periculum faciendum esse putant, annon *per duplum* intelligi possit *duplum ipsius interesse, sorte exclusæ*. Quæ explicatio etiam aliis quibusdam arrisit, *apud Rebuffum in gl. dupli n. 1. & seqq.* Atqui iam dudum a præstantissimis Jurisconsultis pro regula traditum est: semper in duplo triplo, simplex id quod duplatur contineri; nisi si clare, ut dupli, ita separatim & simpli ejus, quod obligationi causam dedit, actiones constitutæ sint: ut in furto. §. *ult. Inst. de obl. quæ ex delict.* *Donell. in tr. de eo quod interest. p. 50. Itemque lib. 26. comment. cap. 20. cujus sensum Hilliger. per Epitomen sic expressit: Semper tam hic, quam alibi, in duplo simplex continetur, nisi contra clare sit dispositum Cujac. 8. ad African. in l. 44. de A. E. V. Boser. cl. 6. disp. 29. th. 37. adhibe supra th. 14.* Pro qua interpretatiõne hocce loco, & ea militat ratio, quod sicut usuræ usurarum non admittuntur; sic nec unius anni inter-

O o

esse ali-

aliquod alterum tale admittere possit *l. 20. C. ex quibus causis infam. irrog. l. ult. C. de usuris rei iudic.* & sane si lucrum lucri, seu interesse ejus quod interest constituas, progressus in infinitum inducetur, *Ludeken. i. d. m. 19. memb. 4. §. 38.* Faciunt denique & verba textus nostri, *in vers. sancimus. ibi. hoc quod interest dupli quantitatem minime excedat:* Subjectum ergo & norma computationis sive dupli, est ipsum quod interest; hoc est verum rei pretium, sive quod principaliter obligatione continetur *l. 1. p. l. Titius 43. f. junct. l. seq. de act. Empt. Vend. l. si fundo § 3. de Evict. Bocer. d. cl. 6. disp. 29. n. 36. & 37.*

25, Atqui ambigua esse verba Imp. ait Vir Maximus, in quibus certa nobis statio non sit, nec talia, ut inde correctio juris prioris *in d. l. 2. §. 8. de eo quod certo loco.* præsumptive colligenda veniat. *Resp.* Sint sane quædam verba in hac *L.* ambigua, uti plurima pars ejusmodi vocabulorum ambiguitatem patitur, *quæ adm. Chrysippus apud Gell. testatur lib. 9. Noct. Attic. cap. 12. Quintilianns 7. Institut. cap. 9.* cum natura rerum sic comparatum sit, ut plura sint negotia quam vocabula *l. natura 4. de præscript. verbis.* & omnis vox præter significatum quem vocant primæ notionis, alterum habeat secundæ, eumque iterum varium, secundum varias artes: tum vero alias quoque ex translatione & similibus figuris. *Hugo Grot. lib. 3. de jur. bell. & pacis c. 1. n. 17.* adeoque sæpe eveniat, ut eadem vox variis rebus designandis adhibeatur, *Em. Meilius 1. observ. 14. p. 32.* In propositione tamen conjuncta, sive decisione Imp. quæ ad hanc questionem pertinet, vix statui potest aliqua *ἀμφιβολία* multum difficilis: quid enim clarius aut rotundius ea sententia: *in casibus qui certam habent quantitatem & naturam, hoc quod interest, dupli quantitatem minime excedere debere.* Quod si huic sententiæ *l. 2. §. 8. de eo quod certo loco.* contradicit, (quod præter necessitatem asseri antea indicavimus: cum species singularis, universali regulæ, universaliter nequeat opponi, sed exceptio regulam confirmet in casibus non exceptis, *pervulgat:*) certe inter eas dubitationes referenda est, quæ *l. hæ novissimâ,* & correctiva (quod unice propositum fuit Justiniano) in angustum coarctantur. Et sic fas & æquum postulant

lant, ut vetustatis ambages cedant Legislationis novæ rotunditati. *l. non ad ea 89. de cond. & demonst. c. cum Martha 6. de celebrat. miss. l. pacta. novissima 12. ubi Dec. C. de Pact. confer. late Barbos. n. 3. & seqq. cum citat. leges enim priores trahendæ sunt ad posteriores conjunctivè, l. Non est novum 26. de ll. Nisi istæ sint contrariæ l. sed & 28. eod. tum enim posteriores derogant prioribus l. 1. §. 13. de questionibus. cum simil.*

26. Quid si vero sanctio ista Justiniana restringeretur ad interesse ultra duplum quidem æstimatum, sed non probatū? interrogat *o. de i. va.*; tum enim nequaquam sanctione ista videbitur comprehensus, qui probationem in se susceperit, & ultra duplum interesse demonstrarit. Ita ille. Resp. ut aliæ Leges; *pr. Inst. ibi. Ne aliter iudicet, quam ll. aut constitutionibus aut moribus proditum est. de offic. iud. l. 12. §. 1. qui & à quibus manum. Dn. Crus. 1. de Indic. cap. 1. Ita vel in primis ista, ad iudices informandos potissimum condita, pertinet h. l. un. vs. in aliis. ibi. Iudices qui causas dirimendas suscipiunt. Atqui iudices non debent suscipere aut curare ea quæ allegata tantum, nec probata; sed solum ea quæ probata sunt. l. illicitas 6. §. veritas 1. de offic. presid. l. 3. §. 2. ibi. ex sententia animi tui te æstimare oportet, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. de testibus. Ergò dispositio Imp. tantum de interesse probato, non v. de allegato exaudiri potest: cum ea quæ non probantur, non attendantur. l. Neque natales. 10. C. de probat. cap. Dil. c. 8. de except. c. cum ex 12. ext. de Hæretic. Imo falsum est, actorem hic dupli æstimationem inducere; cum id soli iudici tribuatur. Ergò quicquid tandem actor allegaverit, Iudex nequaquam sequi tenetur; sed verum rei certæ pretium investigare iubetur: ejusque duplum adjudicare, nec quantitatem illius ullatenus debet excedere.*

27. Cum Ergò hætenus satis perspicuè ostensum sit Imp. Justiniani sententiam communi opinioni (quæ id quod interest in causis certis ultra duplum procurrare vetat) firmissimum fulcrum præbere: aliâ eandem machina impugnant. Non sc. respiciendum esse, quid Imp. Justinianus; sed quid successores eius in imperio censuerint. Hos autem liquidationem e-



ius quod interest, libero creditoris arbitrio permisisse. *Recessus Imp. de Anno. 1530. & Reform. Polit. de Anno. 1548. conf. sup. th. 5. f. Resp.* Quando Imp. Antecessorum suorum leges populo iungunt, non debent ea pro abrogatis haberi, si non communi constituentium consensu, tacite vel expresse *abolita* probentur. *juxta ea quae in Analyt. exposit. Ord. Crim. artic. 167. §. 9. & 10. differuimus. Adde Reform. de Anno. 1577. tit. 32. §. Item: ibi. Vermöge Göttlicher vnd vnserer Keyf. Gebott.* Atqui nec Graeci nec Germani Imp. huic legi derogarunt. Sed illi quidem in Basilic. eam verbotenus retinuerunt, *antea allegat. lib. 9. Basil. tit. 1. cap. 86.* Isti autem nihil contrarium constituerunt. Non enim sequitur. Imp. recentiores petitionem eius quod interest admittunt: Ergo in infinitum: Ergo ultra terminum Iure Justiniano praescriptum, quem nulla constitutio posterior abrogavit. Imo interesse excessivum, iisdem, qui nobis opponuntur, Recessibus, damnatur. *Reform. Gutter Polit. ceu zu Augsp. de Anno 1530. sub tit. von wucherlichen contracten: §. 1. f. ubi disertè improbat, Wan einer ein vbermäßiges interesse fordern wolte.* Addantur iidem Recess. plenius repetiti *Anno. 1548. & 77.* quibus omnibus dupli terminus magis firmatur, quam tollitur. *d. tit. §. item daß etliche. ibi. vnd einen grossen Genuß / wohl doppelt oder dreyfächich haben vnd befinden.*

28. Neque diversum constituisse videtur Sereniss. Sax. Elect. August. *part. 2. constit. 30.* quando definit: das interesse solle probiret / liquidiret / vnd alsdan erst daruff die moderation erkandt werden. Annon enim hoc ipsum est, quod Imperatorem nostrum *in l. un. C. de sent. quae pro eo quod interest.* constituisse monstravimus: Neque sufficere ut allegetur interesse, sed probatione opus esse: qua praestita iudicem moderationem debere interponere: subaudi, *in casibus quidem certis ad finem dupli: In casibus vero incertis,* ulterius, pro ut probatum fuisse iudex deprehenderit, & arbitratus fuerit, Certe cum nihil specialius, nedum abrogatoriè constitutum hactenus allegetur, non dubitandum est, quin deficiente juris provincialis speciali & expressa in contrarium provisione, ad juris communis regulam sit recurrendum, & in ea acquiescendum, *l. si Extraneus*

748.

neus 6. de condict. causa. dat. Bart. Bald. Salycet. & alios complures reperies allegatos in thes. loc. com. jurispr. l. 17. c. 49. axiom. 1. Quod & in specie de jure Saxon. cum cæteris Ictis Saxonis adserit Dn. Carpzov. 2. constit. 16. n. 8.

29. Extremo loco diversitas notabilis inter Usuras & interesse objicitur: Quod Usura ex promisso, & intentione fœnerandi exigantur; adeoque merito terminum aliquem à lege accipiant: At nullam fœnoris susceptionem cadere posse aiunt in creditorem, qui cum absque usurarum stipulatione pecunia sua juverit debitorem, nec tamen termino præfinito eam recipere potuerit, una cum sorte, interesse, i. e. restitutionem damni emergentis vel lucri cessantis exigat: Adeoque audiendum & juvandum esse, citra dupli determinationem. Respond. (1.) argumentum istud invertendo. Cum enim actus agentium non debeant operari ultra eorum intentionem; consequitur eum, qui ab initio non intendit fœnus, deinceps quoque honesto lucro contentum esse, nec in effectu plus quam ipsos fœneratores petere & exigere debere. Addo (2.) Inferri hic etiam in hypothese quod implicari non debebat, nam *morosum debitorem* beneficio ac exceptione alterius tanti non gaudere, planissime constituimus, *inf. parte 4. artic. §. de mora & moroso debitore inscripto*. Regeret aliquis: absque mora interesse plane non deberi: *l. lecta. 40. vers. sed cum sortis. Si cert. pet. l. socium qui in eo 60. pr. pro socio l. mora 32. §. in bona fidei. 2. De Usur. Alexand. 2. Consil. 3. n. 13. f. Cravetta consil. 893. incipit Vnum atque Alterum. n. 1.* Imò ne quidem ex irregulari mora; sed tantum ex regulari peti, tradunt Dd. citati Tiraquello de retractu §. II. gl. I. Anton. Tessauro decis. Pedemont. 258. n. 1. Resp. Esse sanè moram causam eius quod interest, eamque vel præcipuam; sed non solam; cum & alia facta iniusta hanc obligationem pariant. *v. Vmmium disp. de processibus §. II. n. 61.* Deinde animadvertendum, nos non querere de causa eius quod interest in se: sed processus & excessus ejusdem. Potest enim debitor ab initio in mora *culposa* hære, ut actio quod interest nascatur: Et potest tamen deinde extra hanc culpam constitui, & vi majore opprimi ac sustineri.

Oo 3

Appo-



Appositè Iohannes Giletus Locum tenens Iustitia Re-
gia in praefectura Verdunensi. tr. de La tutell. & curatel.
(cap. 34. p. 212. Considerandum est, inquit, regulariter id
quod interest tribus casibus exigi posse (1.) Quando debitor
summa aliqua certa, est in mora, post exactiorem judi-
cialem. Panormitan. in cap. 1. & c. conquestus de usuris, l.
Mora 32. de usuris l. lite. 35. eod. tit. l. Magnam 12. C. de con-
trah. & Commit. stip. Specul. tit. de litis contestatione, s. ult.
(2.) Ex natura rei seu negotii: ut cum emptor fruitur fun-
do sibi tradito, antequam solverit pretium, termino solutio-
nis à venditore non definito: quo casu solvere cogatur id quod
interest, pro modo & proportione fructuum perceptorum l.
Curabit, s. C. de act. empt. (3.) stipulatio eius quod interest,
producit obligationem precisam in omnibus contractibus o-
nerosis & respectivis, quales sunt: dotis, permutationis, tras-
actionis, venditionis, & aliorum similibus: in quibus licitum
est stipulari certam nummorum summam. Et antequam
ea actu numerata & praestita fuerit, accipere interesse a-
quum (4.) Excipiendum etiam esse tradit, eod. cap. p. 214.
interesse generaliter acceptum, quod in omnibus contractibus
peculiari conventionione vel stipulatione reservari possit; Etiam
in mutuo, ob damnum emergens, & lucrum cessans: cum a-
quum sit licere ei, qui pecuniam mutuo concedit, stipulari
sibi, quod debitor ipsi omne damnum, quod inde, occasione
mutuationis, sensurus sit, resarcire velit, Hostiens. & Panor-
mit in c. Salubriter. de usuris, Covar lib. 3. var. resol. cap. 4.
Rationem adjicit hanc; quia debitor obstrictus sit, credito-
rem suum indemnem servare, per l. Qui occidit. 30. §. in
hac quoque. 3. ad l. Aquil. dummodo id fiat bona fide, & si-
ne suspitione fraudis, qua plane praesumitur, si certa quan-
titas, qua non cognoscitur, in pactum deducatur, Bald. in l.
Rogasti. 4. de Reb. cred Alexand. 4. Consil. 26. & credi-
tor postea verificet, seu edoceat, qua in re damnum consistat,
quod senserit, dum pecunia carere fuit contractus, Gail. 2. obs. 6.
Roland. a valle Conf. 35. Menoch. de A. Q. I casu 119. Adii-
cit & hoc, si certum interesse in conventionem fuerit de-
ductum, neque dum exactum, idque quantitati respondeat
& vere intersit, valere conventionem in vim probationis, du-
ducta ex vero similibus conjecturis, Decius in c. cum venera-
bilis. de Exceptionibus. quem sequitur Covar. loco praecitato
Pertinet eodem quod Dd. ad interesse lucri cessantis, quin-
que copulativè requirunt: Primo, ut precedat creditum li-
quidum. Secundo, ut interveniat mora. Tertio, ut credi-
tor sit solitus mercari & negotiari cum pecuniis. Quarto,
ut certum sit, creditorem fuisse lucraturum si pecuniam ha-
buisse

buisset. Extremò, ut debitor non solverit debitum aliam ob causam, quam per impotentiam. Ita Afflictus decis. 20, n. 3. Surdus de Alimentis tit. 1. quæst. 45. n. 39. cum seqq. Coler. part. 1. de processibus executivis cap. 10. n. 103. cum aliis, adductis à Ioh. Baptista Costa de ratione ratæ quæst. 142. pag. 140. n. 2. Gabriel in suis communib. Opin. tit. de solutione, conclus. 10. Quod si enim tot requisita supponuntur ad constituendum interesse simplex: certè excessus dupli multò agrum admittetur, demerit ejusmodi circumstantiis.

Ne dicam (3.) interesse, quod loco usurarum exigitur, (saltem ratione effectus) hodie fere cum usuris confundi, quod notavi & perstrinxi part. 2. artic. 5. Iohan. Valer. different. utriusque fori, sub tit. de usuris different. 19. p. 487. ubi scribit, usuras, in foro quidem Dei nunquam esse permissas, hodie tamen peti posse sub nomine (sub schemate.) interesse cessantis vel damni emergentis. Process. Execut. Bavar. in dem Bayrischen Gant, process. part. 2. art. 27. p. 79. ibi. Die Außständigen Gült, Zinsen/ oder interesse &c. Et paulo post vers. Nämlich wan einer einem Schuldner die Gülten oder interesse etliche Jahr freywillig gebracht. Schemate ergò hoc & velamine remoto, usura in fundo relinquuntur: quas ad metam dupli restringendas, referendas & ita refranandas esse, ipsi dissentientes profitentur. Et hæc quidem pro communi opinione, saltem animi & Exercitationis Academicæ causa disputasse, fas fuerit: salva semper magnorum hominum (ut præfati sumus,) reverentia & ex-
 De interes-
 se conven-
 tionalis.

Hanc a. Sententiam ad interesse commune restringi, aliudque definiri in interesse seu pœna conventionali, v. Fachin. I. contro. 50. v. postrema. non agrè ferimus, propter l. stipulatio ista. 38. §. alteri. 17. f. de Verb. oblig. & quæ infra de usuris pacto extensivo promissis seorsim dicentur: dummodò & hic temperamentum & moderamen judiciale, non omninò excludatur. Fachin. d. loc. per cap. suam. 9. de pœnis. Et l. nost. un. vers. cum sciamus.

30. Subjecturi nunc eramus, Eximii cuiusdam Jureconsulti responsum elegans, De termino antichreseos & eius quod interest: quo præmissa haut parum illustrarentur, & patefieret, De usu & praxi hæc-
 tenus dis-
 putat.

Alios etiam cordatos Jureconsultos contractus tales, Wen das emo-

emolument eines comparirte Handels die quantität oder Zins ūber das duplum oder alterum tantum excedirt vñ ūbertriefft, pro usuris habere: idq; Exemplo Iurisconsultorum veterum, qui responsa sua, disputationi Academia frequenter & libenter subiciebant arg. l. 19. ibi. Scavola respondet, & in disputando adjicit. De liber. & Posthum l. 28. §. 26. ibi. Herennius Modestinus & notando & disputando benè & optima ratione decrevit. De muner. & honor. l. 2. §. his legibus §. conjuncto §. 38. & 48 de O. I. l. cum in fundo. 78. §. inf. ibi. Et ego dixi in auditorio. De Iure dot. Quomodo etiam Cicero de Q. Scavola narrat. Eum consulentibus respondendo, studiosos docuisse, in Bruto. De aliis etiam in Oratore. refert: Sat fuisse audire respondentes; cum eodem tempore & discen- tibus satis facerent & consulentibus. Quam docendi ratio, nem plenam fuisse dignitatis atque auctoritatis demonstrat Fr. Balduinus in Scavola pag. 150. & seq. Adde. Eberlinum cap. 6. de ju- re civili. n. 3 p. 35. Blarer. ad l. diffamari. in pref. Sed quia animosa veritatis propugnatio, hac, in deteriora omnia sæculi ruentis væcordia, nil nisi calumniarum irritamenta parturit, calamū sufflamimus & abstinemus. Interim lectorem ad prolixas & acres disputationes, quæ Anno hujus sæculi quinto Lutetiz Gallorum in negotio consimili agitatae fuerunt remittentes, quarum exemplum in commentario Gallicè scripto, sub hoc ti- tulo circumfertur: *Les Principaux points de la remonstrance faite au Roy sur le rachapt des rentes de l'hostel de ville.* Summā ejusdem concertationis exponitur in tomo. 1. Mercurii Gallici, s. continuatione historia pacis, pag. 40. & seqq. itemque apud Illustr. Thuanum libro 134. histor. p. m. 1090. vers. Rex inter hac, rebus domesticis ordinandis intentus. &c. Peutestre ceux, qui avoient desdites rentes y eussent quelque peu perdu: Mais aussi eus- sent ils este hors de crainte, quand des troubles viennēt (comme il en est advenu de nostre temps;) du courant de leur rente, Et eussent employe leur deniers en manufactures, dont ils se fus- sent mille fois mieux aidez, que de telles rentes: Inquit in *Érudition* sua, historiae concinnator. pag. 46. Quod credi- toribus rigidioribus etiamnum hodie venit inculcandum.



Strassburg, Diss., 765A-52

ULB Halle 3
004 774 795



f
sb.

VD 17





Exercitatio Academica.

Sept. 731
~~1731~~

DE TERMINO
ANTICHRESEOS TA-
CITAE, ET EIUS QUOD
INTEREST.

26

1652, 70.

D. F. G.

SUB PRÆSIDIO

Magnifici, Amplissimi, Consultissimi, & Excellentissimi,

V I R I

DN. JOH. OTTONIS TABORIS, U. J. D.
IN INCLITA ARGENTORATENSIVM ACA-
DEMIA CODICIS ET FEUD. PLACIT. PROFES-
SORIS CELEBERRIMI, JURIDICÆ FA-
CULTATIS SENIORIS,

Dn. Patroni ac Præceptoris sui æviternum
colendi.

Publice proposita

à

BERNHARDO à BENTHEIM,
Steinfurto-Westphalo.

Ad diem 26. August.

Horis

locoque consuetis.



Ex Muséo Chalcograph: JACOBI TRILONIS,
ANNO M. DC. LII.

